

vestro dependentes ab ubere me decreverat numerandum; prebebat in subdito^m de patris industria benivolentiae satis efficax argumentum singulis dotata virtutibus vestre numeralitatisⁿ auctoritas, quae nec patrem pati debuit in particulari degenerem nec generalitatis officium in singularitatis semitas^o deviare. Suadebat et in filio expectare diutius a patre responsum visitationis subiectae frequentia, quae patris astutiam, ut tamquam pilam ad minus in ludo remitteret, ad retransitive scripture iaculum impellere debuit, ut devota famulantis intentio suo non^p visa fraudari proposito in vernantis lectione recrearetur eloquii, fame vestre preconia ore leto depromeret et apertis thesauris^s vestris, qui videntium corda clarificant, de vestre fecunditatis archivo sententiarum munimentis eductis^q in publicum, quorum^r prece publicus et vulgaris fueram citharedus, fidus haberet^s filius, ubi querentibus sepe de linguae vestre dulcibus suadelis in testimonium fidei familiaritatis paterne clementiam^t figuraret. Sed quid est^u? Natura degenerat, caritas subiectione confunditur, meritum devotio minuit et litterarum pluralitas, quae patrem quantocumque sopore negotiorum implicitum excitare iam debuit, per dedignantis forte^v patris intuitum exasperatum passa repudium, in receptore^w gratiam non invenit. Quamquam igitur indefessam desiderantis instantiam accedens^x in subiectione non variet nec in devoto concepta^y devotio refrigescat^z, accensa tamen ardentius ex preteritis expectantis anxietas^a et ex nimio desiderandi martirio cruciata crudelius in huiusmodi tripudiabit ambiguo, donec priscam patris incuriam cura subsequens abluat et vitium tardati responsi devitians, quam commisit inertia^b, more reconciliantis expurget.

m) subito *W.*

n) naturalitatis *W.*

o) singularitates semitis *Cod.*

p) *vielleicht in nunc zu verbessern.*

q) adducitis *W.*

r) quarum *W.*

s) habet *Cod.*

t) clementia *W.*

u) *folgt quod W.*

v) *fehlt W.*

w) receptoris *Cod.*

x) accidens *Cod.*

y) decepta *W.*

z) referre quiescat *W.*

a) anxietas *Cod.*

b) inertiam *W.*

^{s)} *vgl. Matth. 2, 11* (apertis thesauris).